Copia

Compostellan.

Cum fuerit supplicatum pro parte Canonicorum Capituli ecclesie Compostellane Sanctiss.o pro Declaratio.e An Breue Sanctitatis sue Datum Rome apud Sanctam Mariam maiorem sub annulo Piscatoris die 22. Julij 1627. super Confirmat.e electionis S.te Matris Teresie in Patronam, precipuam Regnorum Castelle et Legionis suffragetur. Sanctitas sua remissit negotium discutiendum certe Congregationi Prelatorum habende coram illustriss.o et Reuerendiss.o D. Cardinali Caetano. Que Congregatio pluries auditis partibus et rematura perpensa Die 2. Decembris 1629. coadunata in Palatio predicti illustriss.i Cardinalis fuit in Voto predictum breue minime suffragari. Posse tamen si Sanctiss.o placuerit ad supplicat.es Regis Hispaniarum concedi per Sanctit.em suam nouam gratiam Patrocinij petentibus pro singulis Ciuitatibus et Diocesibus duntaxat, quarum Episcopus, Clerus, et Populus iunctim ellectioni et Constitutioni dicte S.te Teresie in Patronam consenserint. Cuius Voti facta per illustriss.um et Reuerendiss.um Cardinalem prefatum relatio.e Sanctit.is sue, Sanctissimus annuit, et ad instantiam petentium mandauit expediri litteras Apostolicas in forma breuis etc.